

Betta etas mūdi

Johannes sextusdecimus. papa natione romanus. pontificatus inijt ottonem imperatorem. sed non dum coronam imperii adeptus. fuit autem vir tante doctrine ut multa et quidem eleganter ediderit. Agitatus deinde seditionibus a crescentio consule romano impium urbem sibi vendicare conante. cupiditati hominis cedens. exulatum in hetruriam abiit. at deo crescentio cognita Joannis indignatione. qui ottonem contra se cum exercitu in ytaliam vocabat. ipse pontificis cognatos et amicos qui in urbe remanserant. ad hominem mittit rogatum. ut omnia accersendi ottonis cura. ad urbem cum pace redeat. polliceturque se ei in omnibus obtemperatur. Precibus igitur suorum promotus ad urbem veniens. pcedente obviam crescentio cum omnibus magistratibus et urbana multitudo. Et crescentius cum universis seditiosis petita venia pedes pontificis exosculati sunt. atque ita in concordiam redacti vitam sibi cum quiete in fine traduxerunt. Mors autem pontificatus sui anno. x. mense. vi. die. x. vacat tum sedes diebus. vi.

Gregorius eius nominis quintus natione saxo. pre ottonem. Bruno autem vocatus. ottonis tertii auctoritate ob consanguinitatem pontifex creatur. Verum ottonem in germania exite seditionibus romanorum et potissimum crescentii consulis exagitatus. in eturiam primo. mox in germaniam ad imperatorem confugit. Quo absente interim romani crescentium. denuo cum summa potestate consulere decernunt. Qui statim iohannem natione grecum episcopum placentinum non minus pecuniosum quam doctum pontificem creat. Cuius nomen quidem supprimunt alii decimusseptimum vocant. at crescentius cognito ottonis cum magno exercitu ad urbem adventum. munita et portas quam diligentissime firmat. Ad oleam adriani munit hinc postea crescentii arx appellata est. Superueniente deinde imperatore urbem oppugnare adorto populus romanus cum nequam tantis copiis parasse posset. clementia ottonis fratris germanis portas aperit. Tum crescentius et iohannes consilium et auxilium inopes in arcem hadriani confugiunt se se acriter hostes tuebantur. Verum proposita spe venie. dum ex arce ad imperatores se referunt. multis vulneribus a multitudo crescentius profodit. iohannes autem effossis suis oculis pontificatu sibi et vita priuatus. In pristinaque sedem gregorium undecimo mense quam pulsus fuerat restituit. Is cognita imperii imbecillitate sanctionem retulit de imperatore eligendo. ut statim patebit infra. Tandem secundo pontificatus sui anno. mense. v. mors. Vacat tum sedes diebus. xv.

Johannes decimusseptimus placentinus episcopus. ut diximus potentia crescentii romanorum consulis fratris. que pecunia corrupisse creditum est. tempore gregorii quinti per factorem pontificatum occupat. quam pecuniam e constantinopoli detulerat. scisma igitur xii. fuit inter istos pontifices. Verum brevi tempore duravit. Nam cum ignominia moritur decimo usurpatus pontificatus mense. vacat tum sedes dies viginti.

Silvester secundus papa natione gallicus. Silbertus antea vocatus. hic malis artibus pontificatum adeptus est. Adolescens enim et florentissimum nobilitate in aureliana dyocesi posito. eius monachus esset relicto monasterio se totum diabolo tradiderat. hispalim civitatem hispanie bonarum artium causa peruenit. Ubi cum doctrine cupidus esset. qua in re tantum profecit. ut brevi optimus preceptor evaserit. Et ut ferunt ottonem imperatorem et Robertum regem francie. ac alios insignes perclarosque viros habuerit discipulos. Igitur ambitiose et dyabolica dominandi cupiditate impulsus largitione primo archiepiscopatum remensem inde ravennatum adeptus. pontificatum postremo maiore conatu adiuuante diabolo consecutus est. Hac tamen lege ut post mortem totus illius esset. Imperatorque non ut philosophum sed ut pessimum magum consecrari fecit. Satisfactus dyabolo quod diu in pontificatu victurus esset. Respondit. Si non attigeris hierusalem diu viues. Dum itaque pontificatus sui anno quarto. mense vno. die decimo. In basilica sancte crucis in hierusalem rome sacrificaret. fato se moriturum statim cognouit. Unde penitentia motus. Et errores suum coram populo confessus. Et omnes primo post habita ambitione. et dyabolicis fraudibus ad bene viuendum adhortatus est. Deinde unumquemque rogavit. ut post mortem corpus suum membratum detrueretur dissectum et laceratum. super currum imponeretur. eoque loci sepeliret quod sponte ab equis vectum foret. Ferunt itaque dei nutu et providentia ut scelerati discant apud deum locum venie sibi relictum esse. si in vita aliquando penituerint. equos ipsos sponte ad lateranensem basilicam peruenisse. Eoque loci sepultum corpus fuisse.

Anno mundi. 6205.

Anno mundi. 1004.

Johannes eius nominis decimus octavus papa. Cuius cognomen et patria ob insignem nobilitatem ignoratur. quarto mense die vigesimo post initium pontificatus moritur. Unde ob brevitatem pontificatus. nil ab eo vel a quopiam alio gestum memoria dignum scribitur. nisi quod illo quinquagesimo pontificatus multa prodigia apparere futura mala indicantia. Eiusus et cometes. et terremotus multe urbes concussit.

Linea summorum pontificum
Joannes sextusdecimus



Gregorius quintus



Joannes septimusdecimus



Silvester secundus



Joannes decimus octavus

